

## Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1720**

Titulus XI. De Cognitione Spirituali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](#)

## TITULUS XI.

## De cognitione spirituali.

Quæst. 202. Quid sit cognatio spiritualis & unde oriatur.

**R**esp. Definiri passim solet, quod sit propinquitas quedam personarum, iure ecclesiastico sic statuente, orta ex collatione & susceptione Sacramentorum Baptismi & Confirmationis. Sanch. l. 7. de mat. d. 54. num. 1. Gastrop. tr. 28. d. 4. p. 9. num. 1. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 8. n. 1. Pirk. b. t. n. 1. Dicitur primum proquinquitas personarum: quod est genus, in quo convenit cum cognitione carnali; dicitur secundum: iure ecclesiastico sic statuente: quod enim oriatur ex dictorum Sacramentorum susceptione & collatione, non est à jure naturali, utpote in quo dicta Sacraenta fundamentum non habent; neque à jure divino positivo; cum nullibi in scriptura hujus cognitionis fiat mentio. Occasione vero introducendi hanc cognitionem sumpsit Ecclesia à cognitione carnali; et quod, cum per Baptismum generetur seu regeneretur homo, & per confirmationem roboretur spiritualiter, sive ut ex D. Thom. Vivian. in ration. ad c. nedum. b. t. in 6. quod Baptismus assimiletur nativitati corporali hominis in utero, confirmatio nativitati ex utero, baptizatus & confirmans, item patrini intelligentur esse parentes spirituales, & quia magnis parentibus, non secus ac parentibus carnalibus à filiis debetur reverentia, statuit Ecclesia, ut hæc cognatio non minus quam carnalis esset impedimentum dirimens matrimonium. Dicitur tertium: Oria ex Baptismo & confirmationis susceptione & collatione: quia ex nullis aliis Sacramentis oriatur dicta cognatio, ut expressè dicitur in c. quamvis b. t. in 6. Rationem dante ex D. Thom. Sanch. l. c. num. 6. quod reliqua Sacraenta non conferant gratiam per modum regenerationis spiritualis; atque ita in specie non contrahitur hæc cognatio ex Sacramento Pénitentiae inter confessarium & pénitentem; his non obstante, quod Symmachus Papa c. omnes 30. q. 1. dicat: omnes, quos in penitentiam accipimus, filii nostri sunt, sicut quos vel nobis suscipientibus unda sacri Baptismatis regeneravit &c. cum contrarium constet ex cit. fin. b. t. in 6. quidquid de cætero sit de hoc, non sit circumstantia Sacrilegii necessariò in confessione exprimenda, si confessarius cum filia confessionis fornicietur, ut ex similibus juris textibus colligunt & tenent cum S. Thom. 2. 2. q. 154. a. 10. ad 2. (ubi id vocat spirituale stuprum) Sanch. l. c. d. 55. n. 4. Vivald. in candelab. de confess. ubi de circumstant. peccat. num. 20. Cón. d. 32. du. 2. n. 23. & alii apud Laym. cit. c. 8. n. 9. contra Sa v. confessio. n. 25. &c.

Quæst. 203. Quotuplex olim fuerit, & modo sit cognatio spiritualis matrimonium dirimens.

**R**esp. ad primum: Antiquo jure decreta-  
lium, ut habetur c. 1. b. t. in 6. tres erant  
R. P. Lœv. Jur. Can. Tomus IV.

eius species; paternitas nimis inter Baptizan-  
tem & baptizatum, inter confirmantem & con-  
firmatum; item inter patrimum Baptizati vel  
confirmati, & inter Baptizatum vel confirmatum;  
compaternitas, nimis inter baptizantem  
vel confirmantem, patrinos ex una parte, & inter  
baptizati vel confirmati parentes (intellige, sive  
hi sint legitimi, sive illegitimi). Pirk. b. t. n. 12.  
Sanch. cit. d. 54. num. 16. ) ex altera parte, ita  
ut hi essent compatres baptizantis vel confirmantis,  
transferebaturque utraque hæc cognatio à  
viro ad uxorem, ita ut, si conjugatus aliquis ba-  
ptizaret vel confirmaret, vel patrinus esset, uxor  
eius similem cognitionem cum iisdem personis,  
baptizato nimis vel confirmato eorumque pa-  
rentibus contraheret; et quod uxor censeatur una  
caro cum marito suo, c. Martinus b. t. unde &  
oriatur dicta cognatio inter baptizatum & uxori-  
rem suscipientis illum è Baptismo seu patrini, vi-  
c. nedum b. t. in 6. requiebat, ut ante susceptio-  
nem fuisset uxor & cognita viro. Pirk. b. t.  
num. 21. Fraternitas, nimis inter filios car-  
nales (intellige etiam illegitimos & spurious. arg.  
c. ex liuers. b. t. Abb. ibid. num. 3. Alex. num.  
4. Pirk. b. t. num. 9. ) baptizantis confirmantis,  
uti & patrinatorum ex una parte, & ipsum bapti-  
zatum vel confirmatum ex altera parte; ita ut  
baptizatus vel confirmatus esset & diceretur con-  
frater filiorum baptizantis vel confirmantis, uti  
& filiorum ipsius patrini vel matris. ita Sanch.  
cit. d. 54. num. 9. Laym. l. c. num. 1. Pirk. b. t.  
num. 3.

2. Resp. ad secundum: Jute novo Tri-  
dent. sess. 24. c. 2. de refor. sublata cognatio-  
ne fraternitatis, duæ sunt tantum species cognatio-  
nis spiritualis ortæ ex Baptismo & confir-  
matione dirimenti matrimonium, nempe pa-  
ternitas & compaternitas; earumque neutra ad  
uxores transfunditur; sive dirimitur solum  
matrimonium inter patrimum & baptizatum  
ipsum, & inter illius patrem ac matrem; item  
inter baptizantem vel confirmantem, & ba-  
ptizatum vel confirmatum, & baptizati vel  
confirmati patrem & matrem. Atque ita, uti  
nec olim oriebatur, ita nec modò oriatur hæc  
cognatio inter patrinos ipsos; quare possunt  
maritus & uxor simul eandem prolem alienam  
levare ex Baptismo absque eo, quod  
impediantur petere debitum conjugale. Sanch.  
l. c. num. 13. Pirk. b. t. num. 32. adeoque  
etiam, dum dicitur in Trid. l. c. quod inter  
quos (suscipientes nimis) ac baptizatum  
ipsum spiritualis cognatio contrahatur, sensus  
non est, quod patrini illi inter se contrahant  
cognitionem, sed quod ea contrahatur inter  
ipsos & alias personas ibi enumeratas, nimis  
baptizatum & ipsius parentes. Sanch.  
l. c. num. 10.

O

Quæst.

*Quæst. 204. An, dum plures sunt patrini, omnes pariter contrahant dictam cognitionem spiritualis diriment matrimonium.*

**R**Esp. Dum plures simul tenendo tangunt baptizatum, vel de fonte sacro & quæ suscipiunt, adeoque omnes sunt patrini, saltem dum ad hoc omnes designati sunt ab iis, ad quos id pertinet, contrahunt singuli dictam cognitionem & impedimentum. Nav. in man. c. 22. num. 39. Pirk. b. t. num. 31. Tanner. Tom. 4. d. 8. q. 4. du. 4. num. 69. ubi etiam ait, sic declaratum expressè à S. Cong. Concil. & sic expresse deciditur. *c. quamvis fin. b. t. in 6.* à quo jure antiquo recedendum non est, quando aliud non statuitur jure novo.

Dixi: Saltem quando omnes designati sunt: nam hanc designationem omnium videatur requirere Trident. Unde docens Sanch. l. 7. d. 57. num. 12. Gutt. de mat. c. 100. num. 7. quam lalentiam esse valde probabilem ait Pirk. b. t. num. 30. quod, si nulli designentur patrini, nullus contrahat hanc cognitionem, etiam si plures tangent vel suscipiant baptizatum è sacro fonte; & quod Concilium intendens vitare nimiam hujus impedimenti multiplicationem, & ut certi essent illud contrahentes, tanquam conditionem necessariam ad hoc, ut veri sint patrini, videatur requisivisse, illos ad hoc munus designatos esse ab iis, ad quos pertinet illa designation, nempe ad parentes, vel his negligentibus, ad parochum vel baptizantem, ita ut deficiente hac conditione, non sint veri patrini, & consequenter neque dictam cognitionem contrahant. Nihilominus his expressè contrarium docent Castrop. tr. 19. de Baptismo. d. unic. p. 11. §. 2. n. 9. Laym. l. 5. tr. 2. c. 9. n. 4. Barb. de poësi. Episc. p. 2. alleg. 30. n. 42. qui testantur, sic à S. Cong. decitum. item apud illos Ponc. l. 7. c. 39. n. 11. Nav. c. 22. n. 39. Rebell. de obl. just. p. 2. l. 3. q. 6. n. 5. & alii, ne, si neque omnes simul, neque ullus eorum sit verus patrini, Baptismus solennis collatus censori debeat sine patrino; quod Ecclesiast. in hoc eculo voluisse, nimis ut in eo contra consuetudinem à tempore Apostolorum approbatam de adhibendo patrino in omni solenni Baptismi collatione patrini non esset, presumendum non est; ac proinde dicendum, Trident. solum à patrini munere spiritualis que cognitionis impedimento exclusisse eos, qui ultra designatos tangunt, tenent & levant baptizatum; de iis vero qui nullis tangentibus constitutis seu designatis, id munus ultronec suscipiunt, nihil expressissè; adeoque de his statuendum juxta Canones anticos, nempe cit. c. quamvis fin. b. t. in 6. & affirmandum omnes verè patrinos esse. De ceterò, si plures viri vel fæminæ contra decreto Trident. (quod non nisi ad summum duos, unum nimis virum, & unam fæminam ad levandum baptizatum, seu ad munus patrini admittendos gravissimè præcipit) plures fæminæ vel viri à parentibus in patrinos designarentur, nec à parochio repellerentur, omnes contracturos dictam cognitionem libenter admittunt hi AA. & ipse Sanch. l. c. num. 13. & 14. contra Suar. apud Castrop. l. c. num. 8. juncto num. 11. tenentem, nullum ex iis in hoc casu esse verè patrini, aut contrahere cognitionem; & quod non quilibet designation ad hoc sufficiat, sed designation legitima & Trident. conformis, qualis non est designation plurium quam duorum; ad quod respondet cum aliis Castrop. Trident. excludens à munere patrini

& cognitionis impedimento solum eos, qui ultra designatos tetigerint baptizatum, non addidisse (cum tamen facile potuisse) ultra legitimè designatos, & esto, sic intelligendum Concilium, non tamen inde inferri plures illegitimè designatos, nullis legitimè designatis, levantes baptizatum exclusos esse. Ad haec licet prohibuerit adhiberi plures, non tamen irritaverit cognitionem eorum contrahendam. Porro observant Castrop. cit. num. 11. Sanch. cit. num. 14. quod si plures (intellige etiam designati patrini) non simul concurrunt ad levandum puerum de sacro fonte, sed successivè unus post alterum suscipiat, secundum ejusdem sexus patrini non esse, nec cognitionem contrahere. De ceterò si unus eorum tangat, vel è manibus baptizantibus immediate suscipiat puerum, ille solus contrahit cognitionem, non etiam alii, quamvis (intellige etiam alias designati) presentes assistant. Laym. l. c. num. 5. in fine. Denique dum eo repulso, à parocho quem parentes designarunt patrini, alius constituitur à parocho, hic contrahit dictam cognitionem Castrop. l. c. num. 9.

*Quæst. 205. An, ut contrahatur haec cognitionis spiritualis, Baptismus necessario debeat esse solennis.*

**1.** R Esp. primò: Baptizans sive solenniter, sive privatim baptizet, semper contrahit cognitionem cum baptizato ejusque patre ac matre Castrop. l. c. num. 13. cum communi; si quidem Baptismus solennis & privatus in se & formaliter non differunt, sed tantum quod ad ceremonias extrinsecas.

**2.** Resp. secundò: In privato Baptismo infantem levans ex sacro fonte, seu tenens ex proposito, ut munus patrini obeat (secus si id faciat absque tali animo. Sanch. d. 28. num. 4. Pirk. num. 34.) verum effici patrini, & contrahere cognitionem, affirmanit Nav. l. c. num. 40. Viwald. l. c. num. 10. Suar. Tom. 3. q. 67. a. 8. in fine. Cönnick. d. 32. du. 2. consol. 5. Ponc. l. 7. c. 40. num. 5. Zambran. de Bapt. l. 1. c. 18. n. 4. Laym. cit. c. 9. num. 5. Pirk. b. t. n. 36. Tanner. Tom. 4. d. 8. q. 4. du. 4. num. 67. contra Castrop. l. c. n. 12. Galp. Hurt. d. 18. de mat. diff. 6. Sotom. in 4. d. 42. q. 1. a. 2. Sanch. d. 62. n. 14. referentem plures alios, & quod patrini non tantum adhibeatur in Baptismo proprius ejusdem solennitatem, sed vel maximè propter obligacionem instruendi baptizatum; adeoque licet Ecclesia non præcipiat, ut patrini in privato Baptismo adhibeatur, neque etiam veter, quod minus verè interveniat, & consequenter quod minùssim interveniat, veram contrahat cognitionem spiritualis, ut hoc confirmatur ex eo, quod (tenente hoc ipsum Castrop.) licet Ecclesia etiam positivè prohibeat plures in Baptismo solenni intervenire patrinos quam duos, si tamen plures interveniant, hi verè sint patrini. Unde non video, qua ratione dicat Idem Castrop. suscepitorem seu patrini solennem & privatim differre formaliter; quia esse suscepitorem habetur ex institutione Ecclesiae, quæ de suscepitore privato vix unquam contingente mentionem facit, sed de solenni tantum; cum vel ipsis his verbis rationem der, cur expresse non meminerit de privato, seu ad Baptismum privatum adhibito patrino, nimis quia plerumque imminentे periculo (in quo adhibetur Baptismus privatus)

vix spatium detur designandi patrinum; de cetero quemadmodum comprehendatur patrinus privatus, satis ex eo patet, quod jura statuenda hoc impedimentum aequum de privato ac de solenni Baptismo loquantur. c. i. & c. fin. b. t. in 6. siquidem baptizatus privatum aequum instructore, quam baptizatus solenniter indigeret.

**Ques.** 206. *Utrum monachi & religiosi quibus id prohibitum est, c. placuit. caus. 16. q. 1. c. non licet, & seq. dist. 4. de consecrat. si suscipiant seu levant infantem ex Baptismo, contrahant dictam cognitionem.*

**R** Esp. Videri quod sic; ratio enim cur id illius prohibitum est, ut Pith. num. 34. Laym. l. c. num. 3. ne ob cognitionem inde contrahat nimirum etiam familiaritatem cum secularibus, praesertim feminis, contrahant; adeoque textus citati videntur esse tantum inhibitorii, non irritatorii.

**Ques.** 207. *An dum supra domi privatim baptizatum postmodum in templo supplentur ceremonie & solennitates omisae, etiam adhibitis patrinis, haec contrahant dictam cognitionem.*

**R** Esp. Neque hi, neque supplens illas solennitates contrahunt hoc impedimentum ( saltem dirimus) cognitionis spiritualis; quia dicta suppletione non est collatio Baptismi, Sanch. l. 7. d. 62. num. 5. Pith. num. 36. Unde etiam quoties Baptismus & confirmatione conseruntur invalidè neque baptizans, neque susceptor contrahunt hanc cognitionem; dum enim principale non subsistit, nec accessoriū validum esse potest; susceptio autem ē Baptismo & cognitione inde subsequens sunt accessoria ipsi Baptismo. Cönninck. d. 32. de Sacram. du. 2. n. 31. Pith. l. c. cum communi.

**Ques.** 208. *Quæ actas vel intentio requiratur in suscipiente, seu levante baptizatum, ut contrahatur haec cognatio.*

**1.** **R** Esp. ad primum: Nulla acta certa ad hoc requiritur Sanch. l. 7. d. 60. n. 3. Nav. l. 4. consilior. conf. 2. de cognat. Spiru. Laym. num. 2. Pith. num. 34. Sed neque necesse est, ut acta excedat baptizandum. Sanch. Pith. LL. cit. requiritur tamen usus rationis; qui enim needum assicurus rationis discretionem, patrinus esse nequit. AA. iidem LL. cit.

**2.** **R** Esp. ad secundum: Requiritur intentio obeundi munus patris spiritualis seu parrini juxta institutionem & consuetudinem Ecclesie; adeoque non suffici materialiter levare ē sacro fonte, vel etiam solùm commoditatis gratia, vel ob aliquam causam V. G. ut patrinum senem juvet, baptizatum sustinere. Sanch. d. 58. n. 4. Laym. Pith. LL. cit. Ponc. l. 7. c. 39. n. 9. Castrop. l. c. n. 4. nullatenus autem ex eo illam cognitionem impedire poterit patrinus, quod noluerit eam contrahere, si de cetero intentionem habeat exercendi munus parrini; cum haec cognitione officio patrini annexa sit jure ecclesiastico, cuius efficaciam patrinus impedit nequit. Sanch. Castrop. LL. cit.

**Ques.** 209. *An & qualiter requiratur, ad contrahendam hanc cognitionem,*  
R. P. Lenr. Jur. Can. Tomus IV.

*ut baptizans & levans sit baptizatus & fidelis.*

**1.** **R** Esp. Neque baptizans, neque levans ē sacro fonte est capax contrahendere cognitionis spiritualis ab Ecclesia introducere ex Baptismo, qui non est baptizatus, et si alias sit catechumenus; quia Ecclesia ejusque legibus vi quarum hoc impedimentum introductum, subiectus non est. Barb. de potest. Episc. p. 2. alleg. 30. num. 34. Sanch. l. 6. d. 60. n. 7. & 8. Pith. num. 35. Laym. cit. n. 2. dicens esse certam sententiam, juxta quod expresse haberetur c. in Baptismate. d. 4. de consecrat. Partim modò patrinus esse non potest in confirmatione, adeoque nec inde contrahere cognitionem, qui ipse confirmatus non est. Pith. num. 34. Laym. num. 2. citans gl. incit. c. in Baptismate. Henrig. l. 3. c. 3. num. 3. Vivald. de Baptis. c. ult. num. 29. Sanch. l. 7. d. 60. num. 20. contra Nav. l. 4. conf. 1. de cogn. Spirit. Sotum in 4. d. 24. q. 1. a. 5. Roderiq. in Tom. I. sum. c. 227. concl. 4. Sylv. Tabiena &c. Ex his jam

2. Infertur primum, infidelem, qui baptizavit filiam fidelis, etiam conversum & baptizatum, posse cum ea ejusque matre contrahere matrimonium; quia Baptismus, ex quo orti poterat illa cognitione spiritualis & impedimentum, tunc quando erat, illud & illam cauare non poterat; quia infidelis non erat ejus capax; neque modò, dum jam capax est illius; quia non amplius existit; ita Sanch. d. 60. num. 11. Cön. cit. du. 2. num. 25. Pith. num. 25. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 8. contra Henrig. l. 12. c. 3. num. 4.

3. Infertur secundum: Fidelem baptizantem, vel levarem ē sacro fonte filium infidelis, nullam contrahere cum eo cognitionem. Barb. l. c. Sanch. num. 14. Rodriq. l. c. n. 226. concl. ult. Pith. Laym. LL. cit. contra Henrig. cit. c. 11. num. 3. Sylv. v. mat. 8. q. 7. dicto 12. siquidem cognitione spiritualis, cum sit relatio inter duos terminos eius capaces, non potest ab altero eorum contrahi, quin ab utroque contrahatur; adeoque cum non baptizatus nequeat esse cognatus spiritualiter, etiam fidelis baptizans ejus filium non potest esse ejus cognatus spiritualiter. Laym. Sanch. Pith. LL. cit. subicit tamen Laym. quod in hoc casu ( nimirum ubi fidelis baptizavit filium infidelis) si parentes baptizati filii postea suscipiant Baptismum, ex eo tempore censeatur contraxisse spiritualē cognitionem, per quam impediatur à nuptiis cum persona baptizante, confitante, & patrinis filii sui, aitque ita doceri à Sylv. l. c. & Cön. l. c. n. 27. contra Sotum l. c. & Sanch. l. c. num. 15. quæ tamen doctrina, non video, quomodo subsistat cum eo, quod dixerat paulo ante, nimirum Baptismus, qui jam præteritus est, & non est, non non posse cauare dictam cognitionem in eo, qui jam quidem ejus capax est, non tamen erat ejus capax, quando existebat Baptismus.

**Ques.** 210. *Dum quis per legatum vel procuratorem suum suscipit aliquem ex Baptismo vel confirmatione, quis eorum contrahat cognitionem spiritualē.*

**1.** **R** Esp. primū: Imprimis talis legatus, procurator vel mandatarius non contrahit illam cognitionem; siquidem ut sit verus patrinus seu susceptor, adeoque cognitionem

illam contrahat, requiritur ut suo nomine, & non alieno levat baptizatum de sacro fonte. Covar. in epist. p. 2. c. 6. §. 4. num. 7. Sanch. l. 7. d. 59. num. 12. Sylv. v. matrem. 8. q. 7. d. 15. Barb. de potest. Episc. p. 2. alleg. 30. num. 50. Laym. cit. e. 8. num. 4. Pith. num. 37. Castrop. cit. p. 9. §. 2. num. 14. contra Rodriq. l. c. Tolet. l. 7. c. 8. num. 6. Sotum l. c. 9. i. a. 1. Azor. inst. mor. p. 1. l. 2. c. 12. Galleg. de cogn. spirit. c. 13. num. 14. Reginald. & plures alios apud Barb. cuius ratio ulterior hæc est, quam tradit Castrop. l. c. quod caret talis animo & voluntate, se in patrionum constituendi; item non velit ex hoc munere suo obligationem subire instruendi baptizatum, sed illam in principalem suum rejicit; qui tamen animus & voluntas secundam dicta paulò supra omnino requiritur ad esse verum patrimum & contrahendam hanc cognitionem; ac denique ipse non est designatus in patrimum, sed is, qui eum constituit suum legatum, procuratorem. Sed neque his obstat, quod, qui ex commissione alterius baptizat, contrahat cognitionem illam; quia is adhuc verè baptizat nomine proprio tanquam verus Christi minister, etiā jurisdictione ab alio accepta.

2. Resp. secundò: Ipse principalis constituens procuratorem, seu mittens legatum suum est verè patrillus, & contrahit cognitionem. Sanch. l. 7. d. 59. num. 2. Ponc. l. 7. c. 39. num. 10. Cón. de mat. d. 32. du. num. 4. Laym. l. c. num. 5. Pith. num. 37 Barb. l. c. Rebell. p. 2. l. 3. q. 6. Castrop. num. 16. Tanner. cit. du. 4. num. 70. contra Sanch. d. 59. num. 4. referentem plures alios. Henr. 1. 12. de mat. c. 11. num. 11. Covar. 4. decret. 2. p. 6. 6. §. num. 6. censentes neque principalem contrahere cognitionem. Verum pro tēpōns, nostra decisum sēpē esse à S. Congr. testantur Rebell. l. c. Francic. Leon in thes. fori eccl. p. 2. c. 9. num. 63. item à Rota, testibus Verall. decisi. 47. p. 3. Galat. in margarit. cas. v. cognatio. Riccio in pr. fori eccl. refol. 630. Accedit quoque ratio, nimirum, quod quilibet medio procuratore præstare possit, quæ potest per se ipsum, si alius prohibitus non est; Reg. qui potest. de reg. jur. in 6. nullibi autem prohibitum constituere procuratorem ad munus patrini exercendum; confirmatur quoque consuetudine & usu, quo passim videmus, Magnates per Legatos suos obire hoc munus, quam certè consuetudinem non permetteret Ecclesia, si tales medio procuratore patrini esse non possent, permetteret enim Baptismum solennem celebrare sine patrino; jam verò si principales illi sunt verè patrilli, contrahunt dictam cognitionem; quia jura passim dicunt eam contrahi à patrini; sed & dum jura loquenter de hoc munere patrini denotant actionem personalem, qualis est tangere, tenere. V. G. c. limina 30. q. 1. ubi: propriis manibus retinendo suscipit: solū exprimit, quid factum fuerit, vel describunt munus susceptionis ē Baptismo, sicut ordinariē fieri solet (& forte olim non erat tam usitatum hoc munus patrini obire per alium. Pith. Laym. LL. cit.) non verò ferunt legem, quod aliter fieri non possit, Castrop. num. 17. quin & per consuetudinem induci potest, ut contrahatur hæc cognitione, etiam si quis non pet seipsum, sed per procuratorem teneat baptizatum, ut ipse Sanch. num. 6. fatetur, cum quod per legem in-

duci potest, possit etiam induci per consuetudinem legitimè p̄scriptam. Neque opponi potest primò, cognitionem carnalem non posse contrahiri, nisi actione personati parentis; quia generatio physisca, in qua fundatur hæc cognitione, alteri committi nequit. Neque secundo, quod quis per procuratorem adoptare nequeat; quia id specialiter jure cautum est, qualiter nullibi in jure cautum est, quod nemo exercere possit manus patrini per alium; eo ipso autem, ut Castrop. l. c. quod suscepit baptizati non prohibetur per procuratorem fieri, dictum est impedimentum cognitionis spiritualis annexum susceptioni contrahiri medio procuratore; & certè si cognitione hæc spiritualis imitari in omnibus deberet legalem, deberet quoque suscipiens baptizato esse longè major, sicut necesse est, ut adoptans adoptato sit major, ut cum generare posset. §. minorē natu. Inst. de adopt. neque tertio, quod cognitionem hanc non contrahat constitutus alius, qui nomine suo baptizet; quia in Baptismo constitui nequit procurator; nequit enim conferri nomine alterius.

*Quæst. 211. An & qualiter parens baptizans aut levans ex Baptismo filium suum contrahat hanc cognitionem.*

1. Resp. primò: Tametsi Christianus laicus ute gente necessitate baptizans aliquem contrahat cognitionem spiritualem, impediens matrimonium cum baptizato ejusque parentibus, Sanch. l. 7. d. 62. num. 10. Laym. cit. c. 8. n. 5. Pith. b. t. num. 39. cum jure exprellum sit ex vero Baptismo contrahiri cognitionem spiritualis, Tametsi etiam suscipiens infantem in privato Baptismo ex necessitate collato ex proposito obviandi munus patrini contrahat eandem cognitionem. Pith. 4. c. Laym. l. 5. tr. 2. c. 9. num. 5. contra Sanch. num. 15. conjux tamen in necessitate baptizans proprium filium, vel etiam filiastrum vel filiastram suam, hoc est, privignum vel prīvignium suam, seu prolem conjugis suæ, non contrahit hoc impedimentum cognitionis, adeoque jam debitum ab uxore sua p̄tere potest sicut ante Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 8. num. 7. Pith. b. t. n. 39. juxta c. ad limina. 30. q. 1. ubi etiam redditur ratio; quia nimirum inculpabile judicandum, ad quod necessitas impulit. Idem est, si parens baptizet vel suscipiat ex Baptismo ex uxore suagenitam problem etiam extra necessitatem, laborans tamen probabili ignorantia juris vel facti; cum enim id solo jure ecclesiastico inductum sit & prohibitum, hoc jus ignorans, sicut excusat à culpa, sic etiam excusat à p̄nā, qualis est cognitione contracta, quatenus privat jure petendi debitum; ita Sanch. l. c. Pith. l. c. citans Tanner. ubi supra. du. 4. n. 7. Laym. n. 8. citans Nav. c. 16. n. 34. Suar. p. 3. q. 67. a. 8. Rodriq. Tom. 1. sum. c. 243. concl. 10. Idem est, si parer prolem conjugis suæ, vel etiam communem filium in Baptismo vel confirmatione tanquam patrini suscipiat, dum alius patrinus haberi nequit. Sanch. l. 6. d. 26. n. 3. Laym. n. 7. Pith. l. c. & alii communiter contra Henr. l. 11. c. 15. n. 11. cum impedimentum non petendi debitum jure canonico statutum sit in p̄nā; parens autem in hoc casu nihil delinquat, ut docet D. Thom. 3. p. 9. 67. a. 8. ad 2. ubi: sicut generatio spiritualis alia est à generatione carnali, ita alius debet esse pater spiritualis à carnali, nisi necessitas alius exigat.

2. Resp.

2. Resp. secundò: Quòd si parens extra causam necessitatis & dictæ ignorantiae, adeoque temerè & malitiosè prolem ex conjugi sua genitam baptizet, vel è sacro fonte, aut in Confirmatione suscipiat, non tantum graviter peccat; quia id severe prohibitum. c. i. & 2. can. 30. q. 1. ut Nav. c. 22. num. 9. Suar. loc. cit. Sanch. L. 9. d. 26. num. 7. Laym. cit. c. 8. num. 8. Pith. n. 39. cum communi; sed etiam propter spiritualem exinde cum conjugi sua contractam cognitionem non potest ab ea petere debitum, eti reddere tenetur. AA. iidem. Quamvis iidem afferant, dictum impedimentum debiti petendi nullo jure expresso probari posse, sed solo DD. consensu nisi. Quin & cum Gl. in c. Si vir. h. t. v debitum substrahere. Cönick. d. 34. du. 8. num. 69. Arg. c. de eo. 30. q. 1. exprelse tenent contrarium, nimurum dicam penam non incurti boidendum, seu nullum conjugalis usus impedimentum inde oriri, quam sententiam probabilem censem Laym.

*Quest. 212. Ansif sponsus de futuro sponsæ sua prolem baptizet, aut levet ex Baptismo vel Confirmatione contrahat cognitionem spiritualem cum ea, adeoque impedimentum solvens sponsalia, & dirimens matrimonium contrahendum.*

1. Esp. primò affirmativè quòd ad Baptismum, retiam ob necessitatem ab eo collatum. Laym. loc. cit. num. 6. citans Nav. in man. c. 16. nn. 34. & L. 4. conf. 5. de cognat. spirit. edit. 2. Idemque procedere ait Laym. Etsi nesciat esse prolem sua sponsæ; cò quòd nihilominus verè baptizet, si habeat intentionem conformem Ecclesiæ baptizandi hunc hominem, quicunque is sit. Ratio autem, cur potius sponsus in eo casu incurrat dictum impedimentum, maritus verò ob eandem necessitatem baptizans prolem suam, non incurrat impedimentum petendi debiti hæc assignatur à Laym. num. 7. quòd marito post nuptias acquisitam sicut petendi debitum, adeoque privatio hujus juris sit poena, quæ non incurritur ab eo, qui culpam non admisit. c. discretionem. de eo qui cognovit, inter solitos autem seu nondum junctos matrimonio, dicta moralis inhabilitas ad contrahendum matrimonium, ex Juris Canonici dispositione non censeatur poena, quippe quæ etiam sine culpa contrahi potest.

2. Resp. secundò: Tametsi sponsus scienter

levans è sacro fonte vel confirmatione prolem sponsæ incurrat idem impedimentum; lecus tamen esse videtur, si inscienter, seu nesciens esse prolem sua sponsæ id faciat. Leym. cit. num. 6. cum Abb. in c. 2. h. t. nn. 4. Sanch. L. 7. d. 58. num. 7. ed quòd, ut volunt idem, ad hanc cognitionem contrahendam requiratur scientia & animus, quorum utrumque in tali deficit; ed quòd patrini determinatam intentionem habeat suscipiendo & spondendo pro hoc homine, quem animo concepit, adeoque error circa personam efficit, ut verè patrini non fiat, & consequenter cognitionem non contrahat. Nihilominus contrarium, nimurum dictum errorem, dum quis levat filium sponsa sua, putans esse filium alterius, non impedit officium patrini, consilientemque ex eo cognitionem, tenent Castrop. loc. cit. §. 2. nn. 5. Pono. l. 7. c. 39. num. 9. & plures alii citati à Sanch. loc. cit. ed quòd levans filium videatur obligatus obligatus habere intentionem levandi præsentem, quicunque is sit, non lecus ac baptizans tenetur habere intentionem baptizandi præsentem, quicunque is sit, ne baptismo illa sacra ceremonia deficit. Quòd autem maritus levans per errorem filium uxoris sua non impediatur à petitione debiti, non probat, illum non gessisse verum susceptoris munus, sed solùm probat ex juris dispositione impedimentum petendi debitum illi sublatum esse, & merid, cùm hoc impedimentum, utpote superveniens matrimonio jam contracto, non decebat contrahi absque culpa.

*Quest. 213. Num Hæreticus baptizans, vel in Baptismo aut Confirmatione levans prolem Catholici (contra quod prohibetur c. placuit. ib. q. 1.c. non licet, dist. 4. de consecrat.) contrahat cognitionem spiritualem.*

R Esp. affirmativè; quia est baptizatus & legibus Ecclesiæ subjectus ( nullibi siquidem in jure redditur incapax gerendi hoc munus patrini, eti id ei inhibeat, & aliunde non obstat, quòd non sit capax instituendi baptizatum in Fide Catholica; cùm hoc officium nunc ferè non incumbat patrini, ut Laym. l. c. nn. 7. ) ac proinde capax cognitionis spiritualis. Sanch. L. 7. d. 60. n. 2. ubi ait, hos omnes fateri. Et ex eo Pith. h. t. n. 40. Secus se res habet cùm infideli secundum dicta supra.

## T I T U L U S XII.

### De cognitione legali.

*Quest. 214. Quid sit, & quotuplex adoptio, ex qua oritur cognitione legalis.*

1. Esp. ad primus: Rectè definitur adoptio à D. Thom. communiter recepto in 4. d. 42. q. 2. quòd sit persona extranea in filium vel nepotem legitima suscepit. Dicitur primò: Persona extranea qualis hic intelligitur, quæ non est in potestate adoptantis, seu ex descendenti illius, sive alias sit consanguinea sive non. Dicitur secundò: In

filium vel nepotem; quia nemo potest adoptari in statrem vel patrem. L. nec apud. c. de hered. ins. sub masculino autem hic comprehenditur & femininum, nempe sub nomine filii filia, sub nomine nepotis neptis. Dicitur tertio: Suscepit, quia per eam adoptans suscepit in filium vel nepotem, quem à natura non habet, & quo natura defectum supplet. Dicitur quartò: Legitima: quia legibus civilibus statuta, & Canonis approbata fuit, adeoque etiam in ea forma à jure præscripta est servanda. Videlicet primò, ut adoptans sit mas. Feminis enim ex rescripto Principis non est concessum